GA ROERMOND 1902

Consules, Scabini ac Consiliarij Civitatis Neomagi, nec non Senatores reliquarum trium primariarum Civitatum Gelriæ Ruremundæ Zutphaniæ atque Arnhemiæ ad Comitia Neomagensia delegati, Generosissimo ac Illustrissimo Principi, Duci Burgundiæ, Brabantiæ, Limburgi, Comiti Flandriæ, Artesij, Burgundiæ, Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ ac Namurci, Domino nostro Clementissimo.

Generosissime, Illustrissime, ac Potentissime Princeps, Domine Clementissime; quod postremo tuis ad nos litteris significabas, intellexisse Clementiam tuam, penes Dominum nostrum ac Ducem Gelriæ id ingenij ac rerum esse rer

© GA Roermond - OSA - 1902
http://resources.huygens.knaw.nl/statenstedengelderland/document_detail/817

GA ROERMOND 1902

gimen, ut partem redituum ac
teloniorum suorum potissimum
oppignorarit, ac donatione vel
venditione abalienarit, et, quae
etiamnum ipsi supersit, vendat
vel oppignoret, et arces praeterea
aliaque ditionum suarum gare-
dia ac praedia collabi ac disperire
sinat; atque adeo metuere Cle-
mentiam tuam, ne detrimen-
tum latius serpat, ac neptem si-
mul tuam dilectam, Gelriae Du-
cissam eiusque filium Adolphum,
Dominum nostrum futurum si
ei vitam Deus proroget, in ean-
dem ruinam trahat, et nos id-
circo rogatos voluisse, ut et ei
prospicere inque commodum
eorum vigilare haud omitteremus

dituum ac
tissimum
tione
, et, quæ
, vendat
es præterea
rum hare-
ac disperire
tuere Cle-
detrimen-
neptem fi-
, Gelriæ Du-
Adolphum,
turum fi
t, in ean-
et nos id-
, ut et ei
modum
omitteremus

spondendo etiam opem consiliumque tuum,
ut habent ulterius Clementiæ tuæ lit-
tera. Quo nomine tuæ Clementiæ
gratias, quam possumus, maximas
reddimus, testamurque ac tuam
Clementiam certo sibi persuasum
habere volumus, nos, quantum in
nobis sit, invigilaturos in com-
mune commodum ditionum
ac Principum iam memoratorum.

Quæ autem obvenêre commoda
dispendiaque, ea obvenisse
nobis invitis, ac eam ob causam
incurrisse iamdudum inimiciti-
am ac odium Ducis nostri, ac sæ-
penumero convocatum Ordinem
Equestrem ac Civitates, ut istis
occurreretur; positasque leges

GA ROERMOND 1902

ac conditiones, quæ quod mi=
nus ſimiliter hucusque ſervata ſint
agrè nobis eſſe profitemur, ope=
ram etiam deinceps daturi, ne
penes nos aliquâ parte culpa
hæreat. Datæ hæ litteræ 13 Maij
Anno Christi milleſimo quadrin=
gentesimo quinquageſimo ſeptimo.